ad ens ~~ab~~ à se: sed neutrum potest asseri; non 1um, quia quod
excedit totum ordinem naturae creatae & creabilis est ens à se
& increatum: non 2dum, quia ens per se existens & completum
in sua linea etiam respectivè petit suum specificativum tantum
in sua linea, per hoc enim distinguitur ab accidente, quod debet speci-
-ficari per aliquid extra suam lineam; sicut pariter se
habet relatio habitus & actus. quod à dictum est docendum,
quod non impossibile esse substantiam supernaturalem non est paritas, deinde
quia est substantia supernaturalis per essentiam, quae totum suum esse &
specificativum habet intra suam lineam: at vero creata esset
supernaturalis per participationem, & sic per ordinem ad Deum
haberet suum specificativum extrinsecum, ubi similia non sequuntur,
quae de Deo possunt affirmari. ad id de unione
hypostatica etiam non est paritas, nam esset ens modale,
quod benè potest speciem sumere ab aliquo extrinseco, non verò substantia.
ad 3os dico quod substantia Dei sit participabilis analogicè &
accidentaliter, non verò univocè & substantialiter. Dices etiam
attributa divina univocè non participari. Ergo qualiter creata
non exigerent univocam participationem respectu attributorum
at vero substantia supernaturalis, si daretur, illa exigeret participationem
univocam substantiae Dei. ad 4 distinguo, quod ordo naturae
non specificetur per ordinem ad Deum, nisi hoc modo,
quod omnis creatura habeat respectum aliquem transcendentalem ad Deum
ut suum creatorem: at vero substantia supernaturalis respiceret
Deum ut est in se essentialiter, & connaturaliter, ita ut Deus

© Universitätsbibliothek Heidelberg
https://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII65/0162
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
gefördert durch Baden-Württemberg